



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resvrrrectionem D. N. Iesv Christi

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

Prooemivm Meditationvm Avthoris In Dominicam Passionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59870)

PROEMIVM

MEDITATIO  
NVM AVTHORIS  
IN DOMINICAM  
Passionem

**D**EV<sup>s</sup> iubens sibi  
à Moysè taberna-  
culum exedifica-  
ri, illius formam  
in mente eidem exhibuit con-  
templandam, dicens: Inspice,  
& fac secūdum exemplar,  
quod tibi in monte mon-  
stratum est. *Quae verba non  
soli Moysi, sed & nobis omni-  
bus dicta esse voluit, à quibus  
sibi spirituale tabernaculum,  
in quo per gratiam habitet, fa-  
bricari desiderat. Quod ta-  
bernaculum tanto gratius di-  
vine Maiestati futurum est,  
quanto conformius erit exem-*  
plari

† 3

PROOEMIUM.

plari illi, quod nobis in unigenito Filio suo Christo crucifixo imitandum proposuit, supra quem, tanquam supra firmissimam petram ruinosum aedificium nostrae aedificium fundare debemus, sicut exhortatur

*1. Pet. 2.* S. Petrus: Ad quem accedentes lapidem viuum, & ipsi tanquam lapides viui superaedificamini domus spiritualis. Nā ad Christum, tanquam viuū exemplar omnes vitae nostrae actiones conformare debemus: sicut suos discipulos ipse monet, dicens: Exemplum dedi vobis, ut quem admodum feci vobis, & vos faciatis. Qua in re illud primò considerandum est, quod Deus ad Moysen dixit, nō sufficere ut intueamur, id est mēte

te

*Iean. 13.*

PRO O E M I V M.

te vitam & actiones Christi  
contemplemur, sed & opere i-  
mitemur, quod idem sponsus ad  
sponsam suam in Canticis ple-  
nis amore vocibus aiebat: Po- Cant. 1.  
ne me, ut signaculum su-  
per cortuum. Vbi Christus  
postquam sponsa Ecclesie suae,  
extasin illam caritatis, quam  
in passione & morte sua demō-  
strasset, in signum gratitudi-  
nis & compensationem tanti a-  
moris memoria meritò retine-  
ri voluit, iuxta illud Sapien-  
tis: Gratiam fideiussoris tui Escl. 29.  
ne obliuiscaris; dedit enim  
pro te animam suam. Iste  
est fasciculus myrrhae, quem  
inter ubera sua sponsa commo-  
rari desiderat; instruens ani-  
mā fidelem, Christo per fidem  
desponsatam ut continuo men-

PROOEMIUM.

te & memoria reuoluat, pio affectu assidue considerando & meditando angustias, amaritudines Saluatoris sui, paupertatem, infantiam, fatigationem itinerum, labores predicationis, vigilias in assiduis orationibus, tentationibus, in ieiunijs, in lachrymis compassionis, persecutiones & insidias suorum inimicorum, pericula inter falsos fratres, ut etiam accusationes, infamias, iniurias, contemptus, sputa, alapas, irrisiones, percussiones, spinas, clauos. Adiungendo quoque huius fasciculi ramis myrrham, qua potatus est in mote, se etiam quod in Cruce oblatum ei fuit. Ex harum rerum quas Christus nostri causa perpeffus est memoria & consideratione,

PRO O E M I V M.

tione, erumpet, procul dubio  
 flāma amoris, & in nobis ignem  
 illū diuinum succendet, de quo  
 Propheta: In meditatione Psal. 38.  
 mea exardescet ignis: ex  
 quo amore liberatoris & bene-  
 factoris nostri omnes ad eum  
 redamandū inflammati rapie-  
 mur. Hoc ipsum verò est, quòd  
 à nobis in primis desiderat, ut  
 cōsiderantes qualiter nos ama-  
 uerit, se q̄ pro nobis tradiderit,  
 ipsum vicissim amemus, & in-  
 star signaculi in corde nostro  
 impressi circumferamus. Ve-  
 rū quoniam, ut inquit D. Gre-  
 gorius, Amor Dei ociosus non  
 est, sed magna operatur si est: si  
 verò operari recusat, amor non  
 est: quod Saluator ad suos dis-  
 cipulos dixerat: Si diligitis Ioan. 14.  
 me, mandata mea seruate:

PROOEMIUM.

proinde sponsus noster minime contentus est sola memoria & consideratione suorum beneficiorum ad amorem in nobis excitandum, sed vult praterea, ut instar signaculi in corde & brachijs nostris, imò ipsis impressum manibus gestemus.

Quod utiq; facimus, cum omnes actiones nostras, mores, conuersationemq; vitæ Christi conformamus, quando in quavis re exempla illius, quæ nobis dedit, scilicet humilitatis, caritatis, obedientiæ, patientiæ, mansuetudinis cū cæteris omnibus virtutibus, imitari conamur. Ideo namque venit in mundum, & homo factus est, ut, quoniam difficile erat nobis Deum in illis diuinis perfectionibus sequi, saltem ut hominem

PROOEMIUM

minem imitari conaremur in  
operibus humanis. Vitam nam-  
que Christi dū imitamur, Chri-  
stū ipsum induimus, sicut Apo-  
stolus consulit: Induimini *Rom. 13.*  
Dominū Iesum Christum.  
Igitur ad consequendos hos  
duos fines, in quibus uniuersa  
Christiana perfectio sita est, a-  
morem, inquam, Christi, ac e-  
iusdem imitationem, quamuis  
omnia vitæ ipsius sancta my-  
steria nos magnopere incitare  
possint, efficaciora tamen illa  
exempla deprehenduntur ad  
corda nostra diuino ipsius amo-  
re incendenda, ad voluntatem  
efficacius mouendam, ad de-  
sideria animi nostri incitanda,  
qua in hac sacra eius passione  
resplendent. Nam etsi in toto  
decurſu vitæ Saluator noster  
ma-



PROOEMIUM.

magna & varia virtutum ornamenta ostenderit, illa tamen quæ in ultimo vitæ termino exhibuit, insigniora ad vitæ nostræ perfectionem docendam demonstrare voluit. Non aliter quàm igni accidit, qui extinguendus naturæ suæ vim aliquam vehementiorem exereere velle videtur. Cùm igitur tantæ efficacitatis sit in hac parte, & ad spiritualem progressum in primis necessaria vitæ Salvatoris nostri, quamvis plures quidem magna pietate & sapientia viri magno cum fructu animorû eam scribendo assequi conati sint, nihilominus & egomet (licet ex postremis infimum me esse confitear, & similem ijs qui post messores, spicas, quæ manus illorum

PROOEMIUM

lorum effugerunt, colligunt)  
pro meo deuotionis affectu pas-  
sionis sacra mysteria persequi  
volui, oculos intētos habens ad  
illud exēplar, quod Moysi Do-  
minus in monte ostendit. At-  
que ita vnumquodque myste-  
riū in tres partes diuisum ex-  
hibere conatus sum. Videlicet  
vt in prima exemplar quod in-  
spicere ac imitari debemus, in  
quo actio Christi cōsistit, nem-  
pe historia Euāgelica Prophe-  
tīs, & Figuris Veteris legis cō-  
firmata proponatur: In altera  
declaretur, qua ratione exem-  
plar istud inspiciēdum sit, quod  
consistit in aliquibus cōsidera-  
tionibus, quæ circa propositam  
Euangelyj sententiam adhibē-  
tur. Vbi conatus sum varijs mo-  
dis non tam intellectum, quàm  
affe-

PRO O E M I V M

*affectum instruere, quo voluntas & cor in Christi amorē moueatur: In tertia & vltima parte demonstratur, qua ratione idem exemplar re ipsa imitari debeamus, adhibitis Documentis præcipuis ex Evangelio huic instituto seruibus pro nostra informatione, ut inde vitam nostram Christo Domino conformem agere, & mores actionesque omnes dirigere discamus. Nā qui non ambulat sicut Christus noster ambulauit, non manet reuera in Christo, nec ex membris eius est. Nam ut dicit S. Ioannes: Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulauit, & ipse ambulare.*

1. Ioan. 2.

MEDI-

